

(51^o Tit.)

tituli praescriptio elementorum quae figurae simplices
sunt et ex his alia componuntur quae in his etiam
resolvuntur. Si proprius codex. Codex iste secundum
dispositionem eudidis esse dicitur secundum demonstra-
tionem vel inventionem aliorum plerumque esse
dicitur. In quatuor partes dividitur. Dividitur codex
iste in quatuor partes in epipedes in arcticis ratio-
nalibus et irrationalibus lineis et insolidis. Quae
sit in demonstratione geometrica | Propositio. Dispositio.
Distributio. Descriptio. Demonstratio et Conclusio.

(52^a)

(omne)

175

Restat autem et vobis profundissimam quandam
nobis tradere disciplinam quae ad omnem naturae
vim rerumque integritatem maxima ratione pertineat.
magnus quippe in hac scientia est fructus. si quis
non resciat quod bonitas diffinita et subsistentiam
cadens animae semper immutabilis et perceptibilis.
Prima naturae est et suae substantiae decore perpetua.
Infinitum vero malitiae dedens nullis propriis prin-
cipiis mixtum sed natura semper errans ab omni
definitione principii tanquam aliquo signo optime
figure impressa componitur. et illo erroris fructu
retinetur. Nam nimiam cupiditatem iraque immo-
dicam effrenationem quasi quidam vector animus
pura intelligentia roboratus adstringit. Nos tamen
quae de numeris a nichomacho diffusius disputata
sunt vel a Varro de mensuris ostenta sunt modica
brevitate collegimus. et quae transitoria velociter
angustorem intelligentiae prestabant aditum.
meliori adiectione reservavimus. ut aliquando
ad evidentiam rerum nostris etiam formulis
ac descriptionibus uteremur. quod nobis quantum